Quelle: https://manuscripta.at/?ID=59
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dicit. Ille autem separatim enuntiat
syllabe. quæ sine ulla significa
tione sonuerunt. hoc eas dicere quod
sonuere concessum est. Aug. Placet quod
firmumque animo tenes. ni respondendum
esset introgationib. nisi exhis
rebus quibus significantur. Ad. Non
intelligo cur displicerat. si
modo uerba sint. Aug. Vellem
scire quomodo illi resistere. de quo
iocantes solem audire. quod ex aus
ore cum quo disputabat leonem pessis-
se conclusere. Cum enim quesisset utrum
ea quæ loquerentur nro ore procederent.
atque ille non potuisset negare quod facie
fuit egit cum homine. ut in loquen
do leonem nominaret. Hoc ubi fa
ctum est. ridiculæ insultare cepit
& premere. ut quo quicquid loqui
mur ore nro exire confessus erat. &
leonem se locutum et nequibat adnu
ere homo non malus tam inmanem be
stiam uomuisse uidereur. Ad.
Minime vero erat arduum scurre huic
resistere. non enim concedere more
nro exire quecumque loquimur. ea
significamus. non autem res quæ significi
catur sed signum quo significatur
loquentis ore procedit. nisi cum
ipsa signa significantur. Quod gen
dum
nam quæ loquimur

paulo ante tractauimus. Aug.
Bene tu quidem hoc modo adusus
illum esse paratus. uerumtamen quid
respondebis utrum homo nomen sit re
quirentus. Ad. Quid. nisi est nomen.
Aug. Quid cum te uideo. num
nomen uideo. Ad. Non. Aug.
Visne quod dicam quod sequitur. Ad. Ne
queso. nam ipse renuntiome ho
minem non esse. qui nomen est responde
rem cum homo utrum nomen esset in
quireres. Iam enim placuerat ex
ea re quæ significaret. aut as
sentiri aut negare quod dixi. Aug.
At mihi uidetur. non te frustra in
hanc responsionem decidisse. nam
uigilantia tua mentubi nisi indi
tam ipsa lex rationis euitet. nam
si quereremque quod esset homo respon
dere fortasse animal. Si autem
quereremque pars orationis esset
homo. nullomodo posses recte respon
dere nisi nomen. Quia obrem cum
homo & nomen & animal esse inue
niatur. illud dixi ex ea parte qua
signum est hoc quia significat. Qui
ergo quereret utrum homo nomen sit.
nihil ea aliud quam esset ubi respon
deam. satis enim significat ex ea
parte se uelle audire quod signum est.